Gratiam & pacem in Christo. Benedicat te dominus ex Zion
& det tibi petitiones cordis tui. Reverende in Christo pater,
perge in nomine Domini ministerium tuum implere, opus facere
Episcopi, ad quod vocatus es. Et visita Ecclesias, saltem in dioecesi
tua, ubi plenam vim docendi habes. Erit dominus tecum,
et si Centauri isti vel illi resistent, ut visitare non possis,
tu excusatus es. Viderint ipsi, excitare poterunt de sedibus
suis in eos, qui Evangelion docent.

In me non erit mora ulla, in praefatione mittenda super
librum visitationis. Sed in tam brevi tempore absolvi non potest
maxime, ut ex nundinis redeunt, agam cum Joh. Lufft &
Bibliopolis, ut rem aggrediantur. Deinde etiam hoc fortassis
contingit inter visitandum, ut quaedam aliter, propter dioecesi
Numburgensi, propter inaequalitatem rerum & personarum vel
ordinanda vel omittenda sint. Sic enim post visitationem
demum nostri libelli visitationum sunt editi. Nec incommodum
adeo incommodum fuerit, si non mox exemplaria illis exhibeantur.
Res ipsa docebit omnia.

Bullam seu breve papale vidi. Sed pasquillare putavi
Romae alicubi conditum, postea spargitur per omnes aulas. Ego
prorsus sic statuo, si verum est hoc breve, portendit aliquod
magnum aliquod & insigne monstrum. Hoc est, tyrannum adorabit
papa & ipsum Satanam publice fiet ex virgulto, ut ego
dixi. Flectere si nequeo superos, acheronta movebo. Potius
timet se in ordinem redigi seu verbo Dei reformari. Et sunt
eius rei non obscura argumenta. Sed dominus Jesus, qui interficit
Adversarium suum spiritu oris sui, destruet eum illustratione
adventus sui. Amen. Nos tamen ferociorem quam illam
bullam sunt pingam odoratus, si valetudo & otium permiserit.
In Christo quam rectissime vale & ora. Amen. F. 6 post
Epiphaniae diem 1545

Martinus Lutherus D.